



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Co[n]fessionale domini Antonini archiepiscopi Flore[n]tini**

**Antoninus <von Florenz>**

**Hagenaw, 1508**

**VD16 A 2955**

De tab[er]nario & hospite.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30653**



cuius artificium potest esse ad bonum et malum finem et usum, ut gladios balistas: lanceas: venena et huiusmodi, si visum potest estimari quod emptor velit ad malum usum non potest fatere vel vedere facta utputata in iusto bello, secus si dubitat Si quod etiam facit quod sunt ad malum usum quasi spiritus, ut facere fucos et farta et homini dicit dimittere Si mendacius utitur piuribus dolis malis mensuris vel ponderibus Si festiuis diebus laboravit, Si non ieiunavit cum posset moderando laborare, de quibus dicitur ut, s. in prima parte, c. xxiij. et. ix.

De lanificibus.

¶ I vendidit panem lane lanifer minime preciose pro precio lane magis preciose, et sub isto precio, vel vni tincture pro alia: vel cum aliquo defectu habentem: ac si non haberet nil minus de precio, vel si in festis fecerit lanam tendere sine necessitate, Vel cum non plene soluit laborantibus et homini: in his est maius et minus est peccatum secundum materiam,

De satariolo.

¶ In textoribus serici precium sui laboris datur non in pecunia sed in rebus diuersis, puta panno: serico: tritico et huiusmodi: et cum ille non indigeat illis: optet eum videre minus: et precium quod ille recepit: peccat

mortaliter et tenetur ad restitutionem de damno: nisi a principio cum eo sic conuenisset quod daretur de huiusmodi tali precio, tunc autem non videtur deceptus.

De tabernario et hospite.

¶ I vendidit vnam speciem vini pro alia: vel liphatum vinum pro puro, vel ad clarificandum vinum fecit aut misit aliquam nocivam corporibus: vel non dedit plenas mensuras: vel in taberna tenuit meretrices et ris baldos: vel lusores ad taxillos vel aduertentem dedit his quos vidit ebriari peccavit in quibusdam mortaliter. In alijs vero venialiter: et tenetur de damnis.

De macellario.

¶ I vendidit carnes corruptas pro sanis, quod est mortale. Si vnam speciem pro alia: ut capram pro castrato: et huiusmodi: vel diminutum pondus, ut, xj. uncias pro libra peccavit mortaliter: et tenetur de damnis.

De pistore.

¶ I fecit panem nimis ponderosum, ita quod ementes sint decepti vel minoris ponderis quam dicitur, vel farinae bonam alterius accepit cum fecit panem et posuit minus bonam, vel cum nimio fursure: peccavit et tenetur satisfacere.